

D * F * N

1604

ÖG
VA
0020

+1



DISPUTATIO BIBLICA XI.
DE HISTORIA

ABRAHÆ CAPITE XII. ET XIII
GENESEOS COMPRÆHENSA,
ad privatam ~~suætus~~ pro
posita

SALOMONE GESNERO S. S.

THEOLOGIÆ DOCTORE ET IN ACADEMIA

UViteberg: Professore die 6. Maij

Anno Christi 1598.

Respondente

M. GREGORIO HAGIO Obern,
brettano Franco.



WITEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mulleri,
Anno cœl xcviii.

A M P L I S S I M I S
ET SPECTATISSIMIS VIRIS
VIRTUTE, PRUDENTIA, GRA-
vitate, multoq; rerum usu conspicuis, & con-
stantibus veritatis Evangelicæ con-
fessoribus:

Dn. CUNRADO Mullern, &

Dn. GEORGIO Reimman,

Inclytæ Republicæ Cittingensis senato-
ribus & civiibus primarijs:

Dominis & fautoribus suis multum
honorandis:

Exercitium hoc Theologicum inscri-
bit & offert,

M. GREGORIUS HAGIUS Ober-
brettanus Francus.



CAPUT XII. GENESEOS.

Thesis I.

Si gredimur nunc historiam patriarchæ Abrahæ, de quo in XII. capite Gen: res quatuor admodum insignes commemorantur. Primo quidem vocatio illius, deinde vocationis acceptatio, tertio in terra Chanaan peregrinatio, & denique in Aegyptum profectio.

Quæstio prima de vocatione Abræ.

III.

Etsi autem capite undecimo de vocatione & egressu Abræ ex Vr Chaldæorum dictum est: plenius tamen hic ea historia repetitur & cum circumstantijs recitatur.

III.

Neq; enim nova hæc & diversa à superiore est vocatio, sed. *Eadem vero eadem.* Quandoquidem Stephanus Act. 7. hæc ipsa præsentis locatio capitulo verba sic interpretatur, cum ait: Deus gloriæ apparuit patrem tuum & tri nostro Abraam, cum esset in Mesopotamia, antequam habibatur in Charran, & dixit ad eum: egredere de terra tua & de cognatione tua, & veni in regionem, quam tibi monstrabo. Vnde sequitur, verba Mosis sic esse accipienda, ut sint ἀπολογία præcedentium versus 31. 32. capitulis undecimi, ac si ita scriberet: Tharah tulit Abraam filium suum &c. non privato ausu, non avaritia, non levitate, non patriæ fastidio impulsus, sed à Deo iustus. Dixerat enim Iehova ad Abraham filium &c. Inepte proinde hic statuitur capituli XII. initium, quod in superioribus esse debebat.

IV.

Meritò autem observatur hoc novum Ecclesiæ principium & incrementum. Ante diluvium Sethi patriarchæ authoritas in Ecclesia fuit præcipua. Post diluvium Noah & Semus fuerunt columnæ: postquam vero Neimrodus tyrannide gubernationis formam mutavit & ἀποστολια sincerum Dei cultum contaminavit, non absque miraculo jam Abrahamus immediate à Deo, non per Semum, aut alium quempiam sanctorum, sed divina

A. &

revela-

Abraham revelatione, ne ullus dubitandi scrupulus ipsius animo hæreret,
episcopus vocatur, ut inter Chananæos Verbum Domini doceat, & Eccle-
Ecclesiæ siæ doctrinam longè lateq; propaget. Qua de re Dominus Ef.
divinitus 41. concionatur: *Quis suscitavit ab oriente justum (scilicet
constitui) Abrahamum,* ut justitiam doceret, quacunq; incederet? Re-
tur i. im. spondet Stephanus Act. 7. 3. Deus gloriæ apparuit patri nostro
mediate. *Abrahæ.*

V.

*Ac quia Abraham non modo à Mose nulla pietatis com-
mendatione laudatur, sed insuper etiam à Iosua cap. 24. sui libri
idolatriæ accusatur, manifestum est, contra patronos meriti &
orū vñegyiaç, vocationem Dei merè gratuitam esse, sicut Paulus
eam describit 2. Tim. 1. 9. Deus vocavit nos vocatione sancta,
non juxta opera nostra, sed juxta proprium propositum & gra-
tiam. Rom. 9. 16. & 11. 4. 5. 6. 7. Grato proinde animo id agno-
scamus 2. Pet. 1. 10. Eph. 2. 8.*

VI.

*Præ Semino & alijs
Sanctis.* 3.
Quod verò Deus non Semum Semivè domesticorum aliquē,
qui incorruptæ doctrinæ cœlestis custodes erant, hoc tanto ho-
nore dignatus est, ex eo apparet Sapientia Dei sapientiæ carnis
planè contraria, qua impium vocat, ut convertat impios 1. Cor. 7.
25. 26. 27. & deinde ἀνεξιχνιασοε misericordiæ divinæ πλάτος
Eph. 3. 8. quā Deus diligit peccatores & inimicos suos Rom. 5.
Matth. 9. 13. Marc. 2. 17.

VII.

*Abram vo-
catur è
Chaldaea,
non è
Charræ.* 4.
Vnde vocatur? Tria continentur in vocationis divinæ for-
mula, quæ Abram deserere jubetur. Principio enim Dominus,
egredere, inquit, de terra tua. Eam terram Stephanus Mesopo-
tamiam & Chaldæorum regionem Act. 7. 2. 4. nominat. Meso-
potamia verò, ut nomen indicat, ea est regio, quæ inter duos no-
bilissimos fluvios Tigrin & Euphratem sita, Ebraicè Aram Na-
haraim, id est, Syria fluviorum duorum. Plinio inter amnia voca-
tur. Stephani proinde verba, cum ait, Deum apparuisse Abrahæ,
cum esset in Mesopotamia, antequam venisset in Charræ, non
ita sunt accipienda, quasi Charræ esset extra Mesopotamiam,
sed quod locus sit Mesopotamiæ, Euphrati & Syriæ vicinior,
quam Ur Chaldæorum, quæ ipsa quoq; Mesopotamiæ à Stepha-
no accensetur.

8. Non

VIII.

Non igitur è Charris evocatur. Quia 1. Charran non erat patria, sed hospitium peregrinantis, 2. quia testatur Stephanus vocatum esse antequam habitaret in Charran 3. Quia Deus ipse *Charran* Gen. 15. 7. Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum. Neque tamen dissimulandum, quod Aran, sive Charan, sive Charran, (hebraice enim est Ἀράν) sit urbs ultra Euphratem in Mesopotamia, Ptolomæo, Plinio, & Tobiæ capite II. Carras. Fit ejus mentio Gen. 27, 28, 29, 2. Reg. 19. Es. 37. Ezech. 27. Tobiæ 11. Iudith. 5.

IX.

Deinde familiæ quoq; suæ jubetur valedicere, egredere, inquit, de cognatione tua. Cognatio verò non universa, sed maxima illius pars intelligitur. Lothum siquidem, cum uxore, & Sarai, animasq; in Chaldæa generatas, comites habuit Gen. 11. 31. & 12. 5.

X.

Paternæ deniq; domui, id est, agris, facultatibus & hæreditati bonorum immobilium renunciandum est.

XI.

Quorsum tot verbis utitur Moses, qui alioquin ἀγαχεπτιαὶ studiosissimus? ut videoas quantam præceptorum molem *charissima* Dominus suo servo imponat, ait Chrysostomus hom: 31. Quid quæque enim gravius, quam patriam relinquere, in exilium proficisci, Abrahæ cognatis & amicis valedicere, ad ignotos & peregrinos abire, mo deserta & præsentia incertis & futuris posthabere? vna quidem *renda*, hæc est ἀπιμονὴ istius causa, ut Dei mandatum nos probè ponderemus. Sed altera evidentior, quam itidem innuit Chrysostomus, quod nimis Deus Abramum probè examinare, omnesque animi & cordis ejus latebras excutere voluerit, ne quid uspiam sive in patrii soli dulcedine, sive in amicorum coniunctione, sive denique in hæreditate fidei obstareret. Sic enim Deus exercet, quos in examen vocat Ps: 139, 1. Cor. 3. 13. Luc: 18. 24.

XII.

Num verò Deum colere non possumus, nisi patriæ, cognatis, *Quando* facultatibus renunciemus? Non parrocinatur hoc exemplum *relinquens*. Anabaptistarum voluntariæ paupertati, & monachorū simulatae da terren-

A 3

ac na.

ac superstitionis soliditudo, sed consolatur persecutionis misericordia, Matth. 19. 27. Marc. 10. 28. Luc. 18. 28. & postulat ab impedimentis fidei & confessionis, urgente periculo, ἀνακρίτος secessionem Luc. 17. 31. Matth. 10. 37. Luc. 14. 26.

XIII.

Abram
descit quod
vacetur.

Vnde sit avocatus Abram didicimus, quod autem & ad quid vocatus? Sic ait Dominus: Veni in terram, quam monstravero tibi. Et Ebr. 11. disertè dicitur, quod Abraam nesciverit, quod iret. Hebræa verba sic habent, quam videre te faciam, seu, quam vindicandam tibi exhibebo, perinde nimicum, ut Mosi Dominus terram Chanaan aspiciendam, non occupandam monstravit Deut. 3. 27. 34. 1.

XIV.

Fides
Abra.

Chrysostomi interpretatio hæc est: Quasi Dominus dicere: Relinque certa & omnibus apparentia, & elige incerta & non apparentia. Mandato enim indeterminato patriarcham exercuit. Vnde exiret nimicum probè sciebat, sed quod iret ignorabat: non enim dixit ei, in quam regionem eum transferre vellet. Fidei siquidē est credere in spem contra spem Rom. 4 & non visa 2. Cor. 4. 18, & sperata corā habere Ebr. 11. 1. Deoq; se totum committere Luc. 1. 38.

Quæstio II. De promissione facta Abraham.

Duae pro-
missiones
Abra fa-
ctæ, corpo-
ralis et spi-
ritualis.

Quis porr̄ evocationis & μετωπισμάτων istius finis? Hebræa phrasis ait, Egressere tibi, id est salutis tuae causa. Id enim cuique cedit quod saluti ejus conducit. Non igitur Deo sed Abrahæ bono est migratio. Isidorus, duæ. inquit, promissiones Abrahæ dantur: una, per quam terram Chanaan possessorum semen ejus promittitur, dum dicit Deus, vade in terram, quam monstravero tibi, faciamque te in gentem magnam. Alia verò longè præstantior, non de carnali, sed spirituali semine, per quod pater est non unius gentis Israëliticæ, sed omnium gentium, quæ fidei ejus vestigia conleuantur: quod promitti cœpit his verbis: Et benedicentur in te omnes cognationes terræ.

XV.

Promissio verò corporalis tria honorum genera comple-
ditur,



Etitur, 1 terra Chanaan donationem, 2 generis amplificationem, seu politicam gubernationem, 3. inter Chananaeos & alios impios populos defensionem. Primum isthic habetur: monstrabo terram: alterum ibi, faciam te in geniem magnam. Gens politicum ordinem & axioma, magnitudo tum numerum, tum prærogativas Deut: 4. Psal. 144. 149. denotat: Tertium hisce exprimitur: Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam male. *Bona cora* dicentibus tibi. Ergo & hostium metus Abrahæ bono est. Sed *poralia* vide, inquit Chrysostomus, amicitiae argumenta, amicis tuis amicis, inimicis inimicus ero, id quod vix filij patrū nomine faciendo putarent, ut fierent in illorū gratiam inimici & amici. Deus enim tale hīc fœdus cum Abrahamo init, ut se illi totum sponsdeat, illumq; sibi totum devinciat, quasi Abraham cum Deo unus esset, ut nemo Abrahamo hostis esse vel fautor queat, nib idem Dei sit hostis & fautor.

XVI.

In spirituali promissione quædam Abrahamum, quedam totum genus humanum concernunt. Ad ipsum enim pertinet, quod Deus ait, benedicam tibi, id est à maledictione legis, à peccato, peccat: quæ stipendio æterna morte te absolvam Gal. 3. 13. *Bona fide* *ritualia* 14. Eph. 1. 3. Itud etiam ad prærogativas huius patriarchæ referendum est, quod Deus ait, magnum efficiam nomen tuum, id est, fidem & obædientiam tuam, quam non ex te, sed ex me habes, constituam illustre exemplum omnibus mortalibus, ut vociteris pater omnium credentium Rom. 4. 11. Postremo pecuniare est, quod Dominus ait, eris benedictus, seu ut Hebræa lingua profert, eris benedictus.

XVII.

Ne putas, inquit Chrysost: tautologiam esse, cùm dicitur, benedic te, & eris benedictus: tanta enim te benedictione, inquit, dignabor, ut illa in omne seculum sit duratura.

XVIII.

Varia est istorum verborum interpretatio. Nam sunt qui sic exponant, & hęc erit benedictio, de qua videlicet sequentibus paciscitur Deus, cum post̄ ait: Benedicam benedicentibus tibi &c. Rabini formulam & exemplar benedictionis tradi existimant, quasi diceret: futurum est, ut benedictio sacerdotum fiat secundum hunc modum: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob benedicat.



benedicat tibi, & Deus Abraham benedicat tibi, per ἀναπλω-
Benedictio omnis nominis Abrahamæi. Sed nusquam extat hæc formula & ea,
pro bene- quæ Levitis commendatur, Num 6, 24. nihil habet tale. Alij
dicto. passivè accipiunt, eris benedictio, id est, omnes bene tibi pre-
buntur; sed Abram modò audiverat, non defore, qui diris devo-
verent & execrarentur. Planissima est sententia, quod per
ἀνεξον abstractum pro concreto ad amplificandam divinæ be-
nedictionis magnitudinem usurpetur. Sicut Psal : 12. Sulloth
abstractum, quod sordes seu scelera notat, pro concreto Sole-
lim, id est, pro sceleratis usurpatur. Vel ita hæc phrasis accipien-
da est, sicut Ps : 21. de Christo dicitur : Quoniam posuisti eum
(Berachoth) benedictiones in æternum. Nisi quod Christus est
Ἄγχυδος & τελεωτης benedictionis, Abraham nihil amplius
quam Christi proavus secundum carnem.

XX.

Hisce beneficiis in Abrahamum collatis accedit universa-
lis gratiâ omnibus gentibus exhibita, de qua verba Dei hæc
sunt: Et benedicentur in te omnes familiae terræ.

XX I.

Rabini hanc orationem ita exponunt: Quando aliquis al-
Rabini, ut teribona precabitur, dicet: Benefaciat tibi Deus, sicut fecit
corrum- Abraham. Resert Lyra.
pant pro-
missionem

Falsissimam autem hanc esse interpretationem inde patet,
de benedi- Primùm enim Abraham nomen adeo non innotuit, neq; in salu-
sto semi- tandi & bene precandi formulæ usitatum fuit, omnibus gentibus
ne. in universo orbe terrarum, ut Pharaō Ex : 5. Deum Israëlis pe-
nitut ignoret. Adhæc manifesta est verborum Domini deprava-
tio, quod quæ Deus passivè profert, omnes gentes benedicen-
tur, illi activè reddere non verentur, ipsæ gentes se mutuò be-
nedicent, & quando Deus ait, in te benedicentur, quæ phrasis
causam benedictionis in Abrahamo sitam innuit, illi eò tor-
quent, quasi dictum fuisset, ita benedicentur, sicut tu benedictus
es. Deniq; verò ad hoc mihi argumentum respondeant, à Deo
nean ab hominibus ista, de qua hic agimus, benedictio omnium
gentium proficiscatur? Quòd enim hominibus non competit
ex



ex eo liquidū est, quod catholica ad omnes gentes sese diffundens benedictio in nullius principis, & monarchę, licet potentissimi ac opulentissimi, facultatibus est posita. Sin autem Deus ejusmodi benedictionis author est, causam in Abraham esse oportet, cur in ipso Deus omnibus populis faveat, & benedicat. Opera certe & merita illius nulla sunt, cum hactenus fuerit idolatra, & quomodo unius hominis merita ad infinitam omnium gentium in terra multitudinem se extenderent? Aliam proinde causam ne fingere quidem possunt, quam illam, de qua Deus perspicue loquitur hanc ipsam promissionem repetens & illustrans: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae Gen. 22. 18, quod de Christo exponit Paulus Gal. 3.

XXIII.

Adversantur Rabinis Thargumicæ paraphrases. Nam Onkelos ita præsentem locum exprimit: Benedicentur propter te *micæ ex-* omnes nationes terræ. Jonathan Benuziel hoc modo: Benedicentur in te omnes nationes terræ. Hierosolymitanum Thargum cum Onkelano convenit: Benedicentur in justitia tua omnes gentes terræ. Licet autem perperam in persona & justitia Abrahæ benedictionis causa constituatur, quæ in Semine ipsius, teste Deo Gen. 22, quærenda est, ad frivolum tamen Iudæorum commentum redarguendum hæc omnia non parum faciunt. Siquidem unanimi consensi omnes istam vocem, in te, accipiunt ἀτιατικῶς, quod causam monstrat, non παραδεγματικῶς, quod exemplar significet.

XXIV.

Quæ cum ita sint, ferri nullo modo apud Christianos interpres debet Ioannis Calvini Iudaizantis præposta συγχώρει, quod hoc loco scribit: Si cui locum hunc restriete accipere libeat, quod proverbiali figura sumturi sint Abræ nomen, qui filiis vel amicis benedicent, fruatur suo sensu, hoc patitur linguae hebraicæ phrasis, ut dicatur futurus Abram insigne felicitatis exemplar. Hæc ille pro sua ἐπιστολᾳ in Christum contumeliosa Iudeis largitur.

XXV.

Ac si Rabinus quispiam Christianismi juratus hostis hæc scriptaret, minus curandum foret, jam verò cum Sacramentariæ gentis patriarcha in fundamentis & propugnaculis nostræ fidei

B

prodendis

*Calvinus
in Iudæo-
rum ca-
stratrans-
it.*



prodendit tam protervè sit audax, quid de universa illorum religione aliud sentire possumus, quam quod rerum incerti credant, quod lubet.

XXVI.

Nos equidem absq; omni hæsitatione contra Rabiorum corruptelas statuimus, si vel angelus è cœlo ullam aliâ promissionis istius interpretationem proferat, quam ab ipso Deo Gen: 22, traditam, quod anathema sit Gal. 1,

XXVII.

Quando enim cum Iudæis nobis est negotium, sufficiunt illa argumenta suprà explicata, & sola Dei omnipotentis assertio omnes illorum nugas contundit, quod Deus nullo alio sensu Gen: 18, hanc sententiam repetit, cum ait. Benedicentur in eo omnes gentes terræ, quam quod in semine Abrahæ omnes Gojim sint benedictionem adepruri Gen: 22. Quod autem sit il Iud semen, Psalmus 72, personam ipsam in medium adducendo monstrat, cum de Filio Davidis, id est, Messia hæc ipsa verba repetit: Erit nomen ejus in seculum, antè solem sobolescit nomen ejus, & benedicentur in eo omnes Gojim. Quod dico, sobolescit, ubi vulgata versio legit, permanet, hebræi fontes faciunt. Verbum enim Iannos vel Ianon descendit ex Nin, quod absolute & neutraliter, sobolem seu filium esse significat, ut Burgenlis eruditissimè hoc ipsum Iudæis opponit, ex Aben hazra, quem ita in suo commentario scribere commemorat. Hæc dictio Iannos est verbum passivum, quod derivatur ab hoc nomine Nin, quod propriè significat Filium. Ex quo sequitur, ut porrò Burgenlis infert, sensum Psalmi esse, quod ante solem filietur, seu per modum filiationis nascatur nomen ejus, quasi dictum esset, quod Rex iste ab æterno sit Filius, ex substantia patris natus.

XXVIII.

Christianos confirmant etiam alia. Nam si de loci istius ea ipsa interpretatione Petrus quicquam hæsitasset, qua animi constantia Iudæis in concione Act: 3. v. 25. diceret: vos estis filii prophetarum & Testamenti, quod disposuit Deus patribus vestris, ad Abrahamum dicens: In semine tuo benedicentur omnes familie terræ.

29. №

Psal. 72,

Christus
eternus
Dei Filius.



XXIX.

Ne enim ullus cavillo locus relinqueretur, quasi alia esset
præsentis, alia XXII. capitis promissio, Petrus utramq; concordante
jungit, & primum membrum, In semine tuo, è capite 22. postle-tatio pro-
rius autem, benedicentur omnes familiæ terræ, ex hoc loco missionis
transcribit. Hic enim dicit Spiritus Sanctus, Col mischpechothex Novo
haadamah, omnes familiæ terræ: infra capite 22. aliter, Col Testamen-
gojei haarez, omnes gentes terræ.

XXX.

Paulus porrò Gal: 3. Abrahamo dictæ sunt promissiones,
& semini ejus. Non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed
tanquam in uno, & Semini tuo, qui est Christus.

XXXI.

Maria ḥsotōkōe ad hanc quoque promissionem recurrit
Luc: 1. Sicut locutus est patribus nostris, Abraham & semini
ejus in seculum, ut & Zacharias in suo carmine.

XXXII.

Eo verò magis etiam pro hac istius promissionis interpre-
tatione pugnandum est, quod hāc ipsa omnium gentium salus
& vocatio nititur. Hic enim discimus Christi beneficia ad OM-
NES GENTES terræ pertinere.

XXXIII.

Nam in Christo benedicuntur universæ gentes. Cui catho-
licæ promissioni κατὰ τὸ οὐτον adversatur impia Calviniano-
rum corruptela, qui per omnes gentes aliquas certas personas
absoluto Dei decreto determinatas, & ad salutem prædestina-
tas intelligunt. Sed ex altera parte in excessu eidem repugnat
stultum mendacissimi HVBERI dogma, qui afferit, omnes gen-
tes, sive credant sive non credant, in Christo benedici & eligi.

XXXIV.

D. Paulus medium ostendit Gal: 3. Scriptura prævidens,
quod Deus ex fide justificer gentes, prius Evangelium annun-
ciavit Abrahæ: Quoniam in te benedicentur omnes gentes.
Quare qui ex fide, illi benedicuntur cum fideli Abrahamo.

Questio III. de Fide et obdientia Abra-

B. 2

Atq;



XXXV.

Atque hactenus de mandato & promissione Dei, jam de-
Quæ Abrā obædientia Abræ, quam Moses ita celebrat. Et profectus est A-
remorari bram sicut dixerat ad illum Dominus. Chrysostomus obædien-
potuissent. tiām Abræ amplificat enumeratis impedimentis, quæ Dei man-
dato potuisset obtendere. Vocatur in locum incertum, vocatur
septuagenarius, abstrahitur à patria, ab amicis, à facultatibus,
obstant mille itineris pericula & labores, latissimè se extendens
tyrannorum sævitia, & ubiq; locorum obviæ religionis corrup-
telæ. Sed Abram nihil horum vel in mentem suscipiendum cen-
suit, verū ut voluntarius servus ad solum imperium obædivit
nihil curiosè quæreus.

XXXVI.

Abram nō in acceptando Dei mandato? Num nō autē ḡōtōv & naturæ bo-
obædit nitas? Minimè, cùm ille quoq; sub generalem illam Dei senten-
Deo ex na- tiam veniat, Omnis cogitatio cordis humani tantum mala est
turalibus ab infanthia, ut cap. 6. & 8. didicimus: & Abram non modò Ori-
*viribus. ginis vitio obnoxius est, sed in super etiam idolatriæ gravif-
fimo crimine conspurcatus, atq; ita in peccatis ad omne bonum
opus mortuus. Eph. 2. 5.*

XXXVII.

Obædien- tia Abræ obædientia promanarit: Fide cùm vocaretur Abraam ita ob-
profici- temperavit, ut egrederetur in locum, quem accepturus erat in
sur ex fide hæreditatem, & egressus est, licet ignorareret, quò abiret.

XXXVIII.

Fides ex tia & lumine, cum animalis homo non percipiat ea, quæ sunt
auscultat spiritus Dei 1. Cor 2., neq; è Chaldæorum philosophia, cum
tione ver mundus per suam sapientiam Deum nequaquam agnoscat, sicut
bi agnoscit vult 1. Cor. 1. 21. Fidem verò Deus in illo per Evangelicas, modò auditas, conciones operatus est Rom. 10. 17.

XXXIX.

Videmus autem verissimam esse D. Lutheri regulam, de
objeto fidei hoc loco traditam, cùm ait: Promissio & fides na-
turaliter & inseparabiliter cohærent. Relativa enim sunt pro-
missio & fides.

Certissi-

da nati. 10. ni invicem. 10. 10. 10. 10. 10. 10.

X L.

Certissimum quoq; hinc evadit, quod Abram non sit justificatus partim fide, partim operibus, sed sola fide absque operibus Rom. 3. Nam ex fide promanavit utrakon obedientia, & ex hac porro quod patriam & omnia relinquit, Deumq; vocantem sequitur, ut docetur Ebr : 11. 8. Fides autem ibidem v. 6. ita describitur, quod, qui ea sunt praediti, Deo placeant. Injusti autem Deo placere nequeunt. Quod vero Abram Deo placuerit benedictio & missio illi dicata ostendit. Fuit igitur Abram justus antequam ex Ur Chaldaeorum egredieretur, & omnia relinqueret, ut rectissime statuit Lutherus. Credidit enim Abram Deo & hoc imputatum est illi ad justitiam Gen. 15. Rom. 3. Non per legem missio Abrahæ aut semini ejus, ut haeres esset mundus, sed per justitiam fidei Rom. 4.

X L I.

Vera deniq; & Deo placens obædientia exemplo Abræ ostenditur, de quo Spiritus Sanctus ait, Egressus est Abram, quomodo? num ut ipsi visum erat, & quod ipsum proprium ferebat arbitrium? imò sicut Dominus locutus est. Obædientia enim vera est, ut definit D. Lutherus, non facere, quod tunc elegaris, vel tibi imperaveris, sed quod Dominus per verbum suum te jussiterit, 1. Sam. 15. 22. Frustra enim Deus colitur mandatis hominum Matth. 15. 9.

X L I I.

Promissione proinde divinæ fides, mandato autem obædientia Abræ pulcherrimè responderet.

Quæstio IV. De comitibus Abræ.

X L I I I.

Quos Abram itineris comites habuerit, Moses indicat hisce verbis, & profectus cum eo est Loth. Quia vero juxta infallibilem S. Stephani Act. 7. interpretationem hæc Abram profectio illa est, qua ex Ur Chaldaeorum in Charran migravit, ham ex non illa, qua postea ex Charris in terram Chanaan perrexit: grat ex Idcirco non modo Lothum, sed etiam patrem suum Tharen, Ur Chal quemadmodum etiam Sarah & Loth, uxorem, que καὶ ὑπάρχειν dearunt.

subintelliguntur; secum ex Ur Chaldaeorum in Charran abducit.

XLIV.

Nam si patrem unà migrasse quis neget, eo quod nulla h[ab]e[re]t ejus sit mentio, eum pari ratione inficiari oportebit, Saran Lothiq; uxorem unà profectas cùm earum quoq; nomina h[ab]e[re]t non sint expressa. Quod autem paulo post diserte nominantur, de altera ibi migratione, quae est ex Charris trans Euphratēm in Chanaan agitur. Quin etiam Augustinus libr. 16. de Civ. D. cap. 13; ex capite 24. Gen: & 5. cap. libri Iudith comprobat Nachorem fratrem Abrahā ex Ur Chaldaeorum unà migrasse, & in urbe Nachor Mesopotamiæ substitisse.

XLV.

Tharab non naturalis Chrysostomus paternæ s[ecundu]m s[ic] sogyū, atq; ita naturalibus Tharae viribus adscribit, quod filium Abrahamum jam Senex in terram peregrinam sequitur: Sic enim ait: Quod ut agnovit pater Abrā Thara, licet infidelis pater esset, quod nimirum filius divino mandato evocaretur, attamen ob amorem in filium socius illi peregrinationis esse voluit.

XLVI.

At Thara cùm ex Abra filio voluntatem Dei cognoverit, eiq; obtemperaverit, & confessionis ac periculorum filij consors & particeps esse voluerit, infidelis esse nequaquam potuit. Quod autem idolatriam Chaldaeorum detestatus sit, eamq; ob causam Ur Chaldaeorum deseruerit, suprà cap. II. 31. clare scriptum est, & Achior Ammonites Holoferni confirmat, quod gentis Israëliticæ majores, Thare nimirum, Abraham, Nachor projecti sunt à Chaldais à facie deorum suorum, id est, in exilium expulsi: Iudith 5.

Quæstio V. de tempore profactionis Abrahæ ex Ur Chaldaeorum.

Quando
Abraham
ex Ur
Chaldaeo-
rum mi-
graverit,

Tempus etiam, in quod ea migratio incidit, à Mose notatur, cùm ait: Abram filius quinque annorum & septuaginta annorum, cum exiret de Charran. Sed hic duæ quæstiones oboruntur: Vna quidem de præsentium septuaginta quinq; annorum cùm ætate Thare conciliacione, altera de termino, seu loco ἀφ' ἧς, institutæ profactionis.

XLVII.

Prio-



XLVIII.

Priorem quæstionem Hieronymus ait indissolubilem esse, *Anni sexto* in quam sententiam etiam pro sua modestia D. Luther⁹ inclinat. Ea verò sic habet. De Tharah Abrahami patre sub finem proximi capitis dictum est, quod mortuus sit in Charris, cum natus esset annos ducentos & quinq[ue], eodem verò capite v. 26. traditur, Tharam anno ætatis suæ septuagesimo genuisse Abrahamum, Nachor & Haranū. Ab annis ccv. deme annos LXX. remanent CXXXV. Iam quia Abraham anno suæ ætatis LXXV. migrare dicitur ē Charris, auferantur isti quoq[ue] à residuis CXXXV. annis Tharæ, supererunt anni LX, quorum ratio reddi nulla potest.

XLIX.

Nititur hæc quæstio ea dubitandi ratione, quod S. Stephanus Act. 7. perspicue tradit, Abrahamum ē Charris discelsisse, cum pater ipsius Tharah diem suū obiisset. Ex eo enim efficitur, annos CCV. vitæ patris Tharæ jam confessos fuisse, antequam Abraham ex Charran proficeretur. Quia verò non plures quā LXX. & iterum LXXV, qui aggregati CXLV. sunt anni, reperiuntur à Mose annotati, merito queritur, quid residuis LX. annis factum, qui ad compleendum annorum CCV. numerum defiderantur?

L.

Hieroymus ad fabulam Iudæorum decurrit, de qua supra Hieronymus, & ait: eo quod Abraham Babylonio yallatus incendio, quia illud adorare solebat, Dei auxilio liberatus est, idcirco ex illo tempore ei dies vita & tempus reputatur ætatis, ex quo nimis confesus est Dominum, spernens idola Chaldæorum. Sed cum hæc ratio fabula nitatur, que scripture aduersa est, & præterea χρονολογία Mosis de corporali vita Abrahæ, sicut & cæterorum, annotatani detorqueat ad vitam spiritualem, merito illam repudiamus.

L I.

Alijs ita placet hanc quæstionem dissolvere, ut dicant, A. Aliorum brahamum non esse natum anno Tharae LX. atq[ue] ita nec pri- mogenitum, sed minimum fratrum. Atq[ue] hi quidem duas hypo- theses non satis certas assumere necesse habent. Primum enim sta- rum et quæ tuunt Abrahamum non esse primogenitum, licet caput pri- mo loco ponatur ante Nachorem & Haranem: ideoque Mosis verba, cum ait, & Thare natus annos LX. genuit Abrahamum & Nachor & Haran, ita exponent, quod cæperit ge- nerare, & generat primo loco Nachorem & Haranum. Deinde comminiscuntur, annos LX, qui nimis numero annorum

Tharae



Tharæ desunt, ut paulò ante dictum, inter natales fratrum Abrahæ & ipsius nativitatem intercessisse, atq; ita Abrahamum anno Tharæ cxxxv. ortum esse.

L II.

Pro prima hypothesi obtinenda adducit etiam Lyra hanc rationem ex absurdo ductam. Communis est interpretum sententia, Saram Abrahæ vxorem, esse filiam Harani, fratri Abrahæ, neptem vero Tharæ; atq; hoc sensu verba Abrahæ Gen: tio, quæ 20. 12, cum Saram suam Sororem, filiam patris non autem fili vult de am matris suæ vocitat, accipi debere. Quia vero Abramus cap. monstrare 17. 17. Num putas me centenarium & Sarahim nonagenarium Abrahæ operam liberis procreandis datus: inde liquet Saram decem mun non solummodo annis marito minorem esse. Iam si Abraham sit esse primo primogenitus & grandior Harano patre Saræh, illud sequetur genitum, incommodum quod Haran vixdum octo annos natus filiam genuerit.

L III.

Sed argumenti huius firmamentum nihil firmi habet, potuit enim Sarah, ut rectè statuit D. Lutherus, vel à matre, quam Haran viduam duxit, adducta, vel alioquin ab ipso Harano adoptata esse, ut filia quidem Haranis, non autem natus ralis appellaretur.

L IV.

Augustini ad quæstionem rem respondens, videtur, videndum est, an non relieta Abrahamo περιγονία, quam sanè Mosis verba indicare videntur, nodum alio pacto extricare possimus. Augustinus itaq; libr. 16. Ciuit: D. cap. 15. terminum vitæ Tharæ per περιγονήν & anticipationem scripture alioquin usitatam, superius annotatum fuisse tradit. Verba Augustini hæc sunt: Abraham non demum ex Charran post mortem patris, id est, post ducentos quinq; annos, quibus pater ejus vixit, egressus est. Sed annus de illo loco profecitionis ejus, qui ipsius Septuagesimus quintus erat, procul dubio patris ejus, qui Septuagesimo vitæ suæ anno genuerat, centesimus quadragesimus fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendum est more suo scripturam suam redisse ad tempus, quod jam narratio illa transferat.

L V.

Quod autem Stephanus Act. 7, dicit: Et inde ex Charra, postquam



postquam mortuus est pater eius, μετώκισεν αὐτὸν, collocavit illum Dominus in terra hac, in qua vos nunc habitatis, & patres vestri, id iterum eruditè explicat Augustinus, ἐμφασίη verbi tio verbo perpendens, sic enim porrò ratiocinatur: Non ait Stephanus, rum Stephaniciē postquam mortuus est pater ejus, exiit de Charra, sed inde, postquam mortuus est pater, hiceum collocavit: collocationem ejus in terra Chanaan, non profectionem de Charra post mortem tentia patris ejus factam esse dixit.

LVI.

Postremò deniq; Moses addit, Abrahamum, cum ē Charris abiret & trajecto Euphrate ē Mesopotamia in Chanaan veniret, numerosam familiam nec non opes secum duxisse: universam, inquit, secum abstulit substantiam, quam acquisiverant, & omnes animas, id est, homines à nobiliore parte per synecdochē nuncupatos, quas in Charran fecerant: quod postremum membrum non Abrahamum, qui sterile conjugium habebat, sed Lothum, & Abrahæ atq; Lothi servos respicit.

Quaestio VI. de rebus gestis Abrahe in terra Chanaan.

LVII.

Postquam Abrahamus fluuium Euphratem Dei ductu transmisit, proximum est videre, quid in terra Chanaan egerit. Primum autem itineris longitudo declaratur, cum Moses ait, quod Sichem terram, usq; ad locum Sichem, transierit, & usq; ad planiciem seu quercum More. Sichem locus ex historia Iosuæ cap. 17.7.20. 8.24. r. Iudic. 9. & alijs scripturis notissimus est, non procul à Bethel, Hai & Hierusalem in confinio duorum collium Hebal & Garizim. Vocem autem Aelon quidam de monte, alij de planicie, pleriq; & planissimè de loco quercubus seu illicibus consitos (sicut cap. 13. 18. Abraham habitavit in Aelone iliceto Mamre, & Aelon seu ilicetum Thabor r. Sam. 10. v. 3.) nominatur. Moreb. Alterum quod de peregrinatione Abrahami commemo-
ratur

ratus est, quod hostibus undiq; Cananæis idololatris & impuris
cinctus varijsq; periculis expositus fuit. Hoc enim sibi volun-
verba Mosis: & Cananæus adhuc habitavit in regione: quin &
illud, quod Ebr. 11. exprimitur: & hospes fuit in terra promissa,
ut aliena: idq; fide: idem affirmat Stephanus Act. 7. vnde colli-
gitur Abrahamum non ideo ex Ur in Canaan evocari, quod lo-
cus hic illo sit purior & sanctior, sed ut Abraham hic quoq; palæ-
stram habeat, in qua fides eius & constantia exerceatur: Alio-
quin, juxta papicolarum opinionem rectius in eremum aut mo-
nasterium à consortio hominum segregatus & inclusus fuisset.

Quæstio VI. de periodo annorum CCCCXXX. Gal. 3.

LIX.

Dominus autē, quod tertiu sequitur, illi apparet promissio-
nem in Chaldaea editam repetens & confirmans, & ligillatim
Semini Abrahæ terram promittens. Quæ promissio vel eam ob-
causam diligenter notanda est, ut initium CCCCXXX. anno-
rum, quos inter promissionem Abrahæ factam interq; legem
datam intercessisse Paulus Gal. 3. testatur, cum ait: Testamentū
confirmatum à Deo in Christum, lex, quæ post annos quadrin-
gentos triginta est lata, non infringit.

LX.

Quod enim horum annorum terminus in egressu populi ex
Aegypto & data in monte Sinai lege constituendus sit, citra o-
mnem dubitationem è clarissimis Pauli verbis jam recitatis col-
ligitur.

LXI.

Anni Quod autem initium eorundem non aliunde quam à trans-
ccccxxx. itu Euphratis & inchoata ab Abrahamo inhabitatione terræ
ad Gal. 3. Chanaan duci debeat, ex hisce colligitur. Ab hoc enim initio
vnde in anni terum ab Abrahamo gestarum deinceps numerantur, ut-
choandi. pote Gen. 16. 3. anno decimo habitationis Abrahæ in terra Cha-
naan ancillam Agarem ducit; adhæc cùm Paulus expressè dicat
legem CCCCXXX. annis editam esse, post promulgatam
promissionem, & verò promissio Abrahæ hoc ipso anno, quo
Abraham vocatur, sit tradita, liquet, inde faciendum esse
supputationis initium: quin etiam septuaginta interpretes Ex. 12.
40. idipsum confirmant: Habitatio, inquit, filiorum
Israëli



Iraël, quā habitavunt ipsi & patres eorum in terra Aegypti & in terra Chanaan ipsi & patres eorum, quadringenti triginta anni. Huc denique accedunt testimonia Eusebij in præparat: ^{Augustin:}
^{lib. 16.}
lib. 9. cap. 4. Epiphanius: in ancyra: Nicephori, Berossi & aliorum,
qui eodem pacto hos annos annumerant & in anno 75. ætatis
Abrahami initium constituunt.

Quæstio VIII. de altaribus ab Abrahamo extructis.

LXII.

Quartum in hoc itinerario Abrahami præcipuum est, quomodo nimirum ille assidui & constantis Ecclesiæ doctoris officium fecerit. Eo enim fine primum apud Sichemam, deinde vero inter oppida, Bethel & Hai, aram extruit, ut nimirum apud eam concionetur, sacrificet, preces & supplicationes faciat, & vaticinium de venturo Messia populo interpretetur.

LXIII.

Aras autem non privata Εὐθοδοσία, ut altaria, sacella, Ara ab monasteria monachi, nec opinione operis meritorij, sed arcana Dei instinctu, juxta morem patriarcharum ante & post diluvium extructum, edificat.

LXIV.

Ac tametsi populo Istrælitico postea interdictum fuit, ut *An Abram plura tabernacula & templa sacræ destinata haberent* Ex: 20. *haec liceat* Deut: 12, ante legem tamen latam, & possessionem terræ Chanaan traditam, peregrinationis necessitas postulavit, ut patriarchæ diversis in locis alias subinde aras excitarent.

LXV.

Nec in honorem S. Adami, Sethi, Enochii, Noe aut alterius cuiuspiam, ut papicola solent, sed in solius Dei gloriam, qui ipsi apparuerat & promissionem ediderat, hasce aras Abrahamus excitat.

LXVI.

Ac quod Abrahamus locis alijs atque alijs aras extruit, id *Abrahamum ipsum contra papisticam superstitionem argumentum est, non enim credit Deum habuit locum unum reliquias sanctiorem, sed certo statuit, Deum quavis loco quovis loco colij & invocari velle* Ioan. 4. 1. Tim. 2. *colendum*

*Abraham
non edifi-
cat Aram
alicui san-
cto.*

LXVI.
Contra patriarchæ proinde mentem & institutum est, quod Israëliticus postea populus ea loca, in quibus Abrahamus & reliqui patres docuerunt, singulari & superstitionis ac idololatriæ pleno cultu venerati sunt Os: 4. 13, Ioan, 4. 20. qua insania Sichemitæ in primis notantur Syrac; 50, 28. apud Iosephum lib. II antiquit: cap. ult.

Quæstio VIII. de exilio Abrahæ in Aegypto.
Et rebus ibi gestis.

LXVII.

Pana in-
figuntur,
mundo ob-
contentū
Evangelij.
Quod Christus ait Matth. 16. 24. Si quis vult me sequi, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, id. Abraham & omnes sancti experiuntur. Patria, amicis, parente, domo paterna orbatus est, in terra Chanaan ob tyrannorum sævitium nullam stabilem fixamq; sedem invenit, iam deniq; fames illum regione prorsus expellit,

LXVIII.

Quod igitur fames oboritur in terra Chanaan, cum Abraham diversis in locis veram Dei notitiam docere & Ecclesiæ plantare cœpisset, redarguit Pontificiorum cavillum, quo solent Evangelicæ doctrinæ imputare, quod ab ejus exortu seditiones, bella, annonæ difficultates & alia mille mala Germaniam inundarunt. Scire enim debebant, Christum non mittere pacem sed gladium Matth. 10, & pœnas non ob Evangelij sinceram propagationem, sed ob ejus vel epicuræum contemtū vel tyrannicam persecutionem hominibus ingratiss divinitus infligi. Nam & Elia concionante oritur annonæ caritas, non autem prophetæ sed impij regis & Baaliticæ cohortis culpa, 1. Reg, 17. 18. 19, capitibus.

LXX.

Vetus Vetus hoc est diaboli commentū, qui hoc ipso sinceram doctrinā mendaciū, jam olim inter paganos execrabilem reddere conatus est. Atque quo cala- illud quidem Arnobius, qui à Christo nato circa annum CCC. mitates vixit, libris octo adversus gentes repressit, Paulus etiam Orosius presbyter Hilpanus, qui Augustini & Hieronymi σύγχρονος creditur, libris septem, Augustinus, Tertullianus & alij passim. imputan- tur.

LXXI.

Quæritur autem an licuerit Abrahamo absq; speciali man- datō.



dato è terra Chanaan , in quam divinitus , tanquam doctor & episcopus vocatus & constitutus erat , in Aegyptum rei familia . *Anliceas*
ris gratia commigrare ? Quidni , cum gemini in terra Chanaan *Abraha-*
obligatus , à nemine stipendio conductus fuerit ? Et quam illi- *mo in Aegyptū mis-*
benter illum Chananej pleriq; suscepserint & tulerint crebre mi-
grationes arguunt . Ac tameis mandatum Dei non extat , licuit *grare.*

LXXII.

Nec male ratiocinatur Chrysostomus , Dominum ita di-
spensarse , ut Abraham non solum Palæstinam incolentibus esset
doctor , sed & ijs , qui in Aegypto erant .

LXXIII.

Quod Abrahamus , cum propè Aegyptum venissent , col-
laudat vxoris suæ pulcritudinem , ipsa autcultante , & novi , in-
quit , quod pulcra sis mulier , imprudentia est , licet amorem
conjugalem syncerū exprimatur . Pulcra verò erat quamvis annos
LXIV. nata , tum ob naturæ *ένεργειαν* , & virium ejus temporis
robur , tum etiam ob temperantiam laborumq; exercitationem ,
maxime quod pariendi dolores non fuerat experta .

LXXIV.

Quod de Aegyptijs suspicatur adulterij & homicidij crimen . *Suspicio*
non contra Christianam facit Charitatem . Charitatis enim est de *Abraha-*
bonis nihil mali suspicari *1. Cor. 13. 5.* prudentię verò ab improbis *mi-*
sibi circumspecte cavere Matth. 10. 16. Luc 10. 30.

LXXV.

Quod Saram instruit , ut dicat , se Abrahami sororem esse , *Iudeorū*
cum esset vxor , Iudæi in eo tantum inesse crimen tradunt , ut *figmen-*
culpam posteri patriarchæ *CCCC.* annorum exilio in Aegy- *tum de la-*
pro luere coacti sint . Sed figmentum hoc divinæ justitiae adver- *psu Abras-*
satur , quæ filium insontem non punit ob impij patris delictum hami ,
Ezech. 18.

LXXVI.

Illud interim non negligendum , quod Abraham ait . Aegy-
ptios se imperfecturos & Saram rapturos : ex eo enim patet Aegy-
ptiorum præposta & hypocritica adulterij detestatio . Sic enim
sibi persuadebant , se adulterium non perpetrare , si maritum pri-
us jugulassent , quam conjugem alterius raperent .

C 3

77. Augu-



LXXVII.

**Patres A.
brahamū
excusant.** Augustinus lib. XXI I. contra Faustum Manich: cap. 33. & aliquot sequentibus Abrahamum ab omni culpa prorsus absolvit. Indicavit, inquit, Sororem, non negavit vxorem. Tacuit aliquid veri, non dixit aliquid falsi. Libro 15. de Civit: D. cap. 19. Vxorem tacuit, non negavit, conjugis tuendam pudicitiam committens Deo, & humanas insidias cavens ut homo. Chrysostomus etiam in collaudanda Abrahami prudentia multus est homil. 32. & Hieronymus rationem consilij istius Abrahamo à regia suppeditatum fuisse consuetudine existimat, quod sciverit, reges non statim ad concubitū pertrahere mulieres, sed euoluto prius anni circulo: sicut de Estherā ipsius in historia capite 2. scriptum est, quod sex mensibus oleo prius myrtino unctæ, & alijs sex mensibus quibusdam pigmentis & aromatibus excubæ fuerint. Abrahamus itaq; secundum Hieronymum statuit Deum intra id temporis vxorem mirabiliter liberaturum, se vero benevolentia Aegyptiorum absque culpa interim usorum. Adidunt alij, Abrahamum utpote prophetam Gen. 20. 7. eventum jam tum prævidisse.

LXXVIII.

Atque hinc alij etiam existimant, fidei Abrahami hoc factū esse adscribendum, quasi certò sibi pollicitus sit, Deum pudicitiam Saræ illibatam conservaturū & raptum vxoris in Pharaone vindicaturum. Sed non sunt facienda mala, ut eveniant bona, neq; Deus tentari debet.

LXXIX.

**Abra-
hamus ne-
gando
vxorem
peccatum
committit** Etsi proinde certum est Abrahamum fidem non penitus abiecisse, nec tam graviter peccasse negando vxorem, ut Petrus negando Salvatorem, juxta Augustinum, nec etiam idcirco infamem nundinatorem appellandum esse, qui avaritiae ac ventris causa duobus regibus, Pharaoni & Abimelecho Gen. 20. vxore pulcam prostituerit, ut olim Faustus Manichæus insanivit: A peccato tamen illum excusari haec rationes non sinunt. Primū enim plus humanæ tribuit sapientiæ, quam divinæ protectioni tam lucu enter promissæ, cum Deus diceret, benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Deinde frivolum est, quod Augustinus opinatur, illum fatendo Saram sororem, non negasse vxorem. Hoc enim interrogabatur, ut si dixisset

dixisset vxorem, negari sororem, si sororem, negari uxorem
planum esset. Adhac quod Sarum quoq; in hujus mendacij so-
cietatem pertrahit, & quod vitæ potiorem curam, quam fidei
conjugalis & Sacramenti habet, quod uxoris pudicitiam tanto
periculo exponit, quod regem fallere audet, quod deniq; non
animadvertis diu celari rem non posse inter tot domesticos,
quos ipse & Lothus habebat, quin ad Pharaonem dimanaret, &
gravioris periculi causa esset, haec, inquam, & similia Abra-
hamum absolvit non patiuntur, quin humana imbecillitate lapsum
esse statuamus.

LXXX.

Quamobrem quod Manasses sua in precatione dicit, Abra-
hamum non indiguisse pœnitentia, de sceleribus contra consci-
entiam, non de lapsibus intelligi debet Ps. 32. Deus autem stul-
tissimum Abrahami consilium ita moderatur, ut castitas Saræ
non absq; miraculo integra custodiatur, & Abrahamus benefi-
cijs Aegyptiorum perfruatur.

LXXXI.

Si quæris, quo jure Pharao ejusq; familia aulica puniatur,
cum ab Abrahamo decepti sint, & ex ignorantia Saram rapue-
rint, quam liberam esse putabant, expedita est responsio. Pha. Quam ob-
raoni enim eiusque parasitis decretum fuit, mulierem istam ob causam
formæ præstantiam rapere, sive uxor esset sive libera, id quod Pharao
Abrahamus experientia doctus de gentium illarū consuetudine puniatur.
supra affirmavit. Nisi enim hoc firmum fixum habuissent, non
illico conpecta fœmina formā eius corā rege deprecassent, sed
de conditione illius, solutane, an Sacramento conjugij astricata
esset, prius percontati fuissent.

LXXXII.

Ac præterea vagæ libidines & inordinata concupiscentia
per se peccatum est divina animadversione dignum, eoq; magis,
quod Pharao impius erat, & à vera religione alienus, ut injuria
affectum dicere nequaquam possimus.

LXXXIII.

In primis autem juxta Theodoretum quest: 61. dispensa-
tor omnium Pharaonem oblitum morbo, ut libidinem eius
frangeret, ne venator habens intra letia prædam, capta frui pos-
set. Fuit enim haec plaga pudicitiae Saræ custodia & impenden-
tis mali quasi alexipharmacu. Atq; hoc ipsum David Ps. 105.14.
celebrat: Non permissit hominem nocere eis, & corrupuit pro
eis reges.

De



De Capite XIII I. Genesios.

LXXXIV.

Capite decimo tertio tria recitantur, principio divitiae Abrahami & Lothi, deinde eorumdem separatio, & deniq; promissionis ad Abrahamum repetitio.

LXXXV.

Abraham ex Aegypto reverso religione in primis curat.

Quod Abraham ex Aegypto in terram Chanaan ad australem plagam ascendere dicitur, non quidem respectu Aegypti, cui terra Chanaan septentrionalis est, sed ratione ipsius Chanaanæ regionis dictum est, quod australia eius in parte tabernaculum fixerit. Hic vero ulterius progressus redit ad locum, ubi antea fixerat tentorium inter Bethel & Hai: atq; ibi quidem invocavit in nomine Domini, id est, familiam suam & alios e Chanaanæ confluentes de verò Deo instituit. Prima illi cura est de Regno Dei Matth. 6.

LXXXVI.

Divitiae verò Abrahanni & Lothi contra hypocriticam monachorum & voluntariam Anabaptistarum paupertatem firmissimum argumentum suppeditant, licet homini Christiano facultates acquirere & possidere, modo justè id fiat. Nam Domini benedictio divites facit. prov: 10. Ps: 112.

LXXXVII.

Cum auri & argenti sit mentio, de cuso id meritè intelligitur: Vnde patet, quam antiquus sit pecuniae usus, ut etiam infra Gen: 23. 13. apparet, contra Franciscanorum hypocrisim, qui ne attingere quidem pecuniam voluerunt.

LXXXVIII.

Quod autem Christus Luc. 6. 24. ait: Væ vobis divitibus, divites intelligit, qui opes aut malè acquisiverunt, aut perperam administrant, fideq; in Deum & charitate in proximum carent: ejusmodi verò impios divites salvari, nisi pœnitentiam agant, impossibile est Matth. 19. 23.

Quæstio IX. de discidio Abraham & Lothi.

LXXXIX.

Tres causas adducit Moses, propter quas Lothus ab Abrahamo

*Divitiae nō
impediunt
pietatem.*



Abrahamo discessit: principio enim angustia loci, q; ni exulibus
concessus erat, armenta & pecora ipsorum non capiebat, deinde
Chananæi & Phereſai terræ Domini non patiebantur illos locū
ampliorem occupare: deniq; verò rixæ inter domesticos exorit
sunt de pascuis, ut innuit Moles.

X C.

Ne vero ad ipsos quoq; dominos à servis lites propagaren-
tur, (hic enim servorum, quæstorum & curatorum mos est, ut
contentiones inter dominos, quâ possunt, accendant) Abraham
suo jure mavult cedere. Etsi proinde ipsi terra Chanaan pro-
missa erat, cuius privilegij prærogativa imperare lectionem
Lotho potuisse, liberum tamen relinquit illi, quo se vertere ve-
lit, seq; ipsum ad migrationem ultro offert, si tu. inquit, ad si-
nistram te verteris, ego dextram versus concedam, si dextra ti-
bi placuerit, ego ad sinistram insistam. Quæ ἐπίεικεα & huma-
nitas tribuens nepoti, & juniori, & quem ipse hactenus aluerat,
optionem, indicio est quām ardens in patriarcha fuerit fides, quā
flagrans fraterna dilectio.

X C I.

Ac cùm sanctissimum hoc par amicorum & sanguine jun-
ctorum de communium agrorum & pascuorum usufructu
diutius consentire nequeant, promptum hinc est videre, quām
inanis sit eorum labor, qui bonorum communionem introdu-
cere conantur.

Menn
Gtnum
amicis eti
am sum-
mis rixam
di causa.

X C II.

Interim & illud colligimus, amicitiam non locorum sed
animorum conjunctione contineri, & inter absentes sæpe firmi-
orem, quam inter præsentes concordiam conservari.

X C III.

Quin & hoc, quod vñitas Ecclesiæ non ad locum aliquem
sedemq; pontificis maximi sit alligata, quemadmodum Iudæi
clamitant, templum Domini, templum Domini, & Roma-
nenses vnitatem Ecclesiæ in eo figunt, quod ipsi eorumq; jurati
a seclæ vnum Papam, vnam cathedram Petri exosculantur.
Nam Lothus licet à confutis fratris coq; loco, ubi Abrahā tem-
plum excitaverat, secedat, ab Ecclesiæ tamen communione mi-
nimè separatur; neq; Abrahamus, ut Papa, jus dicit Lotho, sed
liberam optionem reliquit.

D

Lothus



X C I V.

*Lothus in
Abraha-
mum vide
zur iniqui
or.* Lothus sanè ad rem attentior fuisse videtur, quam par erat. Abrahā enim oratio, cum ait, ne, quæso, sit inter me & te contentio, innuit, Lothum cum patruei propter meum & tuum iurgatum esse, quod parum decebat illum, qui tot beneficijs ab Abrahamo affectus erat. Et ex eo quoq; non obscurata πλεονεξία suspicio elucet, quod fertilissimam terræ partem, licet pessimis hominibus habitatam eligit, atq; ita se suosq; lucri causa in presentissimum discrimin coniicit, ut apparebit cap. 14. 19. Sed hoc exemplum ideo proponitur, ut avaritiam execrari tanquam radicem omnium malorum 1. Tim. 6. & consortium improborum, quantum fieri potest, fugere discamus, 1. Cor. 15. Syr. 13.

X C V.

*Provin-
cie Sodo-
mitice & prae-
flantia.* Terram, in qua sita fuit Sodoma & Gomorrha, cæteraq; oppida, quæ nomen loco fecerunt, ut Pentapolis vocaretur, Moses variè commendat. Principio appellatur Ciccar, id est, orbicularis & in circulum conclusa provincia, deinde Iordanem amænissimo fœcundissimoq; fluo media secatur, tertio tota est irrigua, quartò cum horto Dei & paradiſo confertur, deniq; cum Aegypto, præsertim ea sui parte, qua civitas Zoghar, vel Seghor sita erat, quam Lothus ab interitu suis precibus conservavit Gense: 19. 30. eiq; nomen fecit, ut deinceps Mizghar vel Zoghar diceretur, quæ antiquitus Bela fuit Gen. 14. 2.

X C VI.

In tam fertili solo, tamq; amæno hospitio homines improbi habitant, ut testatur Moses hic & infra cap. 18. 19. Ezechiel. 16. è quo colligimus, non aspiciendam esse huius vitæ felicitatem, si de fide, pietate æternaq; hominum salute & ad salutem electione judicare velimus: cum sceleratissimi quiq; sæpe sint fortunatissimi Ps. 37. 73. 144. Ier. 12. Luc. 12. 16. Act. 28.

X C VII.

Facile autem æstimare est animo non degeneri, quantum vulnus hoc discidio Abrahamus acceperit. Dominus autem, ut mœustum erigeret, tertio jam illi apparet & familiariter coram colloquitur: Artolle, inquit, oculos tuos, & circumspice à loco, in quo versaris, ad septentrionem, austrum, ortum & occasum: Quia omnem terram, quam tu conspicis, tibi seminiq; tuo dabo.

Ideo



Ideo enim Loth ab Abramo segregari oportuit, ut constaret premissionem terræ Chanaan ad Abraham genus pertinere.

XCVIII.

Neq; terræ solummodo sed etiam generis amplificationē denuo Dominus pollicetur, quod Abrahāi posteros tam velit reddere multitudine innumerabiles, quam est arena ad litus maris.

XCIX.

Abraham verò hac accepta promissionis 6e8aiwōe in queretum Mambre, quod à viro quopiam nobili eius terræ sic appellatum, prope Hebronē concessit, aramq; Domino extinxit,

C.

Atq; ha&tenuis historia peregrinationis Abrahāi. Augustinus in dialogo ad Orosium quæst: 62. vocationem ejus ex Vr peregrina Chaldæorum ait typum fuisse Christi de cœlo ad nos in terram tionum venientis & carnem nostram assumentis.

*Allegoria
Abrahā
mi.*

C I.

Sermoq; vero 51, de tempore ostendit, quo post nos Abrahām imitari possimus, si nimirum veterem Adamum & concupiscentias carnis deponamus, & relictis terrenis cœlestia quæramus. Quin etiam tempore persecutionis exemplo Abrahāe patriam & cognatos nobis relinquendos esse statuamus, & deniq; ut Abraham vocante Domino sponte deserit patriam, ita nos etiam libenter ex hac vita, cum Domino visum est, emigrare decet, ut hinc ratiocinatur Origenes in Iohan: tom, 21.

C II.

Quod autem Abrahāmus & Lothus divitijs Aegyptionū fidei redeunt, id non caruit typo egressionis populi Israëlitici, qui būs Dominus thesauros Aegyptiorum tradidit.

F I N I S.



1700 et ceteris Tropis Apriano Regulem de conuictu in diebus
missiunculae litteris Cypriani. ac A. S. sive de laudibus

XCVII.

Melioribus locutus obtemperans hinc p[ro]positum
in vixit in primis p[ro]posito, d[omi]n[u]m p[ro]posito, tunc
mox haec sibi a fratre, vobis dicitur, minime intercedere
possunt.

XCVIII.

Adversariis, aequali p[re]ce, exequim, legem datur ei
missiunculae litteris M. S. p[ro]posito, d[omi]n[u]m p[ro]posito, tunc
sibi dicitur, H[ab]e[re] p[ro]positu[m] concordia, tunc d[omi]n[u]s

XCVIX.

Adversariis, aequali p[re]ce, exequim, legem datur ei
missiunculae litteris O. G. d[omi]n[u]s d[omi]n[u]s s[an]cto e[st] in leticie
Quicquidcumque si d[omi]n[u]m tunc d[omi]n[u]m laetio se non in leticie
aduersarii.

XCV.

Adversariis, aequali p[re]ce, exequim, legem datur ei
missiunculae litteris O. G. d[omi]n[u]s d[omi]n[u]s s[an]cto e[st] in leticie
Quicquidcumque si d[omi]n[u]m tunc d[omi]n[u]m laetio se non in leticie
aduersarii. Quia enim in leticie d[omi]n[u]m laetio se non in leticie
aduersarii. Quia enim in leticie d[omi]n[u]m laetio se non in leticie
aduersarii. Quia enim in leticie d[omi]n[u]m laetio se non in leticie
aduersarii. Quia enim in leticie d[omi]n[u]m laetio se non in leticie
aduersarii. Quia enim in leticie d[omi]n[u]m laetio se non in leticie
aduersarii.

XCVI.

Quoniam Apriano Regulem de conuictu in diebus
missiunculae litteris Cypriani. ac A. S. sive de laudibus
saepe p[ro]positu[m] missiunculae litteris Cypriani. ac A. S. sive de laudibus

FINIS

AB 52 9
9,9



56.

Wort



Farbkarte #13

B.I.G.	Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9

